Quelle: https://manuscripta.at/?ID=36561
Copyright: Göttweig, Benediktinerstift

cognouerunt que posuerant magnoque pudore conster
nati sunt. et qui fraudulenter uestimenta querebant ali
ena. confusi receperunt sua. Alio quoque tempore quidam
se orationibus eius commendans. sportas duas plenas alimentis
ei per puerum transmisit. quarum unam isdem puer subripu
it atque in itinere abscondit. unam uero addi homini detulit.
et peticionem illius qui se ei per xenium commendauerat enarra
uit. Quam uir dei benigne suscipiens. eumdem puerum
ammonuit dicens. Gratias agimus. sed uide sportam quam
abscondisti ne incaute tangere presumas. quia in eam iam
serpens latenter ingressus est. Isto ergo sollicitus ne si
tollere uolueris a serpente feriaris. Quibus uerbis puer con
fusus exultans quidem quod mortem euaserat. sed tristis ad
modicum factus est quia quamuis salubrem penam euideret
tamen pertulit uerecundiam suam. Qui reuersus ad sportam
caute ac sollicite adtendit. sed eam iam sicut uir dei predix
erat a serpens tenebat. Hic itaque cum uirtute abstinen
tie contemptu rerum transeuntium prophetie spiritu orationis
intentione esset incomparabiliter preditus. unum erat quod in
eo reprehensibile esse uidebatur. quia non numquam tanta ei le
ticia inerat. ut in illis tot uirtutibus nisi sciretur esse plenus
nullomodo crederetur. PETRUS Quidnam queso te esse quod
nam hoc esse dicimus. sponte se leticie frena laxabat. an tot
uirtutibus pollens. aliquando ad presens gaudium etiam reni
tens eius animus tenebatur. GREGORIUS Magna est petre omnipotentis
dei dispensatio. et plerumque contingit ut quibus maiora